

TIBULLI ELEGIAE DE AMORE SVLPICIAE

LIB. III, 8 - 12

VIII

Sulpicia est tibi culta tuis, Mars magne, kalendis;

spectatum e caelo, si sapis, ipse ueni;

hoc Venus ignoscet; at tu, uiolente, caueto

ne tibi miranti turpiter arma cadant:

5 illius ex oculis, cum uult exurere diuos,

accendit geminas lampadas acer Amor.

Illam, quidquid agit, quoquo uestigia mouit,

componit furtim subsequiturque Decor;

seu soluit crines, fuis decet esse capillis:

10 seu composit, comptis est ueneranda comis.

Vrit, seu Tyria uoluit procedere palla:

urit, seu niuea candida ueste uenit.

Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo

mille habet ornatus, mille decenter habet.

15 Sola puellarum digna est cui mollia caris

uelleram det sucis bis madefacta Tyros,

possideatque, metit quidquid bene olentibus aruis

cultor odoratae diues Arabs segetis,

et quascumque niger rubro de litore gemmas

20 proximus Eois colligit Indus aquis.

Hanc uos, Pierides, festis cantate kalendis,

et testudinea Phoebe superbe lyra.

Hoc sollemne sacrum multos haec sumet in annos:

dignior est uestro nulla puella choro.

Gloser

colo, 3: dyrker; smykker, pynter
kalendae, f.pl.: 1. dag i hver måned
spectatum: JH 13.10
caelum, n2: himmel
sapis, 3: er vis/klog
ignosco, 3: tilgiver
violentus: voldsom
caveo, 2: tager sig i agt for
miror, 1: undrer mig, forbavses
turpiter: hæsligt, skammeligt
cado, 3: falder
exuro, 3: antænder
accendo, 3: tænder
geminus: tvillinge-, to
lampada, f1: fakkel
acer: skarp; fyrig
quisquis: hvilkensomhelst som
vestigium, n2: spor, skridt
compono, 3: ordner
furtim: hemmeligt
Decor, m3: Det passende, Ynde
solvo, 3: løsner
crinis, m3: hår
capillus, m2: hår
fundo, 3: udgyder, udbreder
como, 3: ordner, frisere
veneror, 1: tilbeder, højagter
coma, f1: hår
uro, 3: brænder
Tyrius: fra Tyros (i Fønien)
procedo, 3: går frem
palla, f1: overklædning
niveus: snehvid
vestis, f3: klædning, dragt
Vertumnus: gud for bla. årstiderne
ornatus, m4: dragt, prydelse
decenter: passende, smukt
mollis: blød
carus: dyr, dyrbar
vellus, n3: uld
sucus, m1: saft
madefacio, 3: væder, farver
possideo, 2: ejer, besidder
meto, 3: høster
oleo, 2: lugter, dufter
arvum, n2: mark
cultor, m3: en der dyrker, landmand
odoratus: velduftende
dives: rig
seges, f3: sæd, korn
quicumque: hvilken som helst som
ruber: rød
litus, n3: kyst
gemma, f1: perle
Eois: østlig
colligo, 3: samler
Pierides: døtre af kong Pieros
festus: festlig, højtidelig
testudineus: skildpadder
superbus: fremragende
sollemnis: årlig
sacrum, n2: hellig ting
sumo, 3: modtager

TIBULLI ELEGIAE DE AMORE SVLPICIAE
LIB. III, 8 - 12

IX

Parce meo iuueni, seu quis bona pascua campi
seu colis umbrosi deuia montis aper,
neu tibi sit duros acuisse in proelia dentes;
incolumem custos hunc mihi seruet Amor.

5 Sed procul abducit uenandi Delia cura:

o pereant siluae deficientque canes!

Quis furor est, quae mens, densos indagine colles

claudentem teneras laedere uelle manus?

Quidue iuuat furtim latebras intrare ferarum

10 candidaque hamatis crura notare rubis?

Sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, uagari,

ipsa ego per montes retia torta feram,

ipsa ego uelocis quaeram uestigia cerui

et demam celeri ferrea uincla cani.

15 Tunc mihi, tunc placeant siluae, si, lux mea, tecum

arguar ante ipsas concubuisse plagas:

tunc ueniat licet ad casses, inlaesus abibit,

ne ueneris cupidae gaudia turbet, aper.

Nunc sine me sit nulla Venus, sed lege Dianae,

20 caste puer, casta retia tange manu:

et, quaecumque meo furtim subrepat amori,

incidat in saeuas diripienda feras.

At tu uenandi studium concede parenti,

et celer in nostros ipse recurre sinus.

25

Gloser

parco, 3: skåner + dat
juvenis, m3: ung mand
pascuum, n2: græsgang
campus, m2: slette
colo, 3: bebor
umbrosus: beskygget, mørk
deuius: afsides
aper, m2: vildsvin
acuo, 3: skærper, hvæsser
proelium, n2: slag, kamp, angreb
incolumis: uskadt
custos, m3: beskytter, vogter
seruo, 1: passer på (13.2.1)
procul: langt bort
venor, 1: jager, går på jagt (13.9)
Delia, f1: hende fra Delos, *hvem?*
pereo, 4: forsvinder
silva, f1: skov
deficio, 3: dør
furor, m3: raseri, vanvid
mens, f3: sjæl; lidenskab
densus: tyk, tæt
indago, f3: omringelse af en skov,
jærgergarn
collis, f3: høj, bakke
claudo, 3: lukker
tener: blød, fin
laedo, 3: skader
latebra, f1: skjul
fera, f1: vildt dyr
hamatus: fuld af torne
crus, n3: ben
noto, 1: mærker, giver et mærke
rubus, m1: brombærbusk, brombær
vago, 1: strejfer omkring
rete, n3: net, garn
torqueo, 2: drejer, snor
velox: hurtig
quaero, 3: leder efter, søger
cervus, m2: hjort
demo, 3: tager af
celer: hurtig, rask
vinculum, n2: reb, lænke
arguo, 3: viser
concumbo, 3: lægger mig hos
plaga, f1: jærgergarn, fælde
licet: JG 2
cassis, m3: jærgergarn, net
illaesus: uskadt
turbo, 1: forstyrre
lex, f3: lov
castus: uplettet, uskyldig
surrepo, 3: lister ind på/til
incido, 3: falder ind i; støder på
diripio, 3: sønderflår (13.7)
concedo, 3: overlader
recurro, 3: løber tilbage,
vender tilbage

TIBULLI ELEGIAE DE AMORE SVLPICIAE LIB. III, 8 - 12

X

Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,
huc ades, intonsa Phoebe superbe coma;
crede mihi, propera, nec te iam, Phoebe, pigebit
formosae medicas applicuisse manus.

5 Effice ne macies pallentes occupet artus,
neu notet informis candida membra color,
et quodcumque mali est et quidquid triste timemus,
in pelagus rapidis euehat amnis aquis.

Sancte, ueni, tecumque feras, quicumque saporis,
10 quicumque et cantus corpora fessa leuant;
neu iuuenem torque, metuit qui fata puellae
uotaque pro domina uix numeranda facit;
interdum uouet, interdum, quod langueat illa,
dicit in aeternos aspera uerba deos.

15 Pone metum, Cerinthe: deus non laedit amantes;
tu modo semper ama: salua puella tibi est;
nil opus est fletu: lacrimis erit aptius uti,
si quando fuerit tristior illa tibi.

At nunc tota tua est, te solum candida secum
20 cogitat, et frustra credula turba sedet.
Phoebe, faue: laus magna tibi tribuetur in uno
corpore seruato restituisse duos.

Iam celebrer, iam laetus eris, cum debita reddet
certatim sanctis laetus uterque focus;
25 tunc te felicem dicet pia turba deorum,
optabunt artes et sibi quisque tuas.

Gloser

tener: fin, blød, sart
expello, 3: uddriver, jager bort
intonsus: uklippet

propero, 1: fremskynder
pigeo, 2: *pigeo me*, ærgrer mig over
formosus: skøn, smuk
medicus: helbredende

efficio, 3: udvirker; sørger for
macies, f5: magerhed
pallens: bleg
artus, m.pl.4: lemmer
noto, 1: mærker, giver et mærke
informis: hæsliq
timeo, 2: frygter
pelagus, n2: havet
eueho, 3: fører ud

sapor, m3: smag; lækkeri

cantus, m4: sang
leuo, 1: lette, løfte

torqueo, 2: drejer; piner
metuo, 3: frygter, + *dat.* på ens vegne
fatum, n2: skæbne
votum, n2: løfte
vix: med nød og næppe, næppe
numero, 1: tæller
interdum: undertiden
voveo, 2: giver guderne et løfte
langueo, 2: er mat, slap
asper: skarp

opus est: + *abl.* der er brug for
fletus, m4: gråd, klage
utor, 3: bruger + *abl.*

frustra: forgæves
credulus: lettroende, ubesindig
faveo, 2: er gunstigt stemt
laus, f3: ros, lovprisning
tribuo, 3: tildeler
seruo, 1: passer på, frelser
restituo, 3: genopretter, bringer på
fode igen
celeber: folkerig; fejret
laetus: glad
debitum, n2: gæld
certatim: om kap
focus, m2: ildsted; *bla. til offeringer*

felix: lykkelig

ars, f3: kunst

TIBULLI ELEGIAE DE AMORE SVLPICIAE

LIB. III, 8 - 12

XI

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus
atque inter festos semper habendus erit:
te nascente nouum Parcae cecinere puellis
seruitium et dederunt regna superba tibi.
5 Vror ego ante alias: iuuat hoc, Cerinthe, quod uror,
si tibi de nobis mutuus ignis adest;
mutuus adsit amor, per te dulcissima furta
perque tuos oculos per Geniumque rogo.
Mane, Geni, cape tura libens uotisque faueto,
10 si modo, cum de me cogitat, ille calet.
Quod si forte alios iam nunc suspiret amores,
tunc precor infidos, sancte, relinque focos.
Nec tu sis iniusta, Venus: uel seruiat aequo
uinctus uterque tibi uel mea uincla leua;
15 sed potius ualida teneamur uterque catena,
nulla queat posthac quam soluisse dies.
Optat idem iuuenis quod nos, sed tectius optat:
nam pudet haec illum dicere uerba palam.
At tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,
20 adnue: quid refert, clamne palamne roget?

Gloser

mihi: JH 14.5.3
festus: festlig

nascor, 3: fødes (JH 14.6.5-6)
Parca, f1: en Parce, skæbnegudinde
cano, 3: synger; forkynnder, spår

seruitium, n2: slaveri

uro, 3: brænder

mutuus: lånt; gensidig

furtum, n2: tyveri
genius, m2: skytsånd
maneo, 2: bliver, forbliver
tus, n3: røgelse
libens: velvillig, glad
faveo, 2: begunstiger, er venligt
stemt (2.14)
caleo, 2: er varm; gløder

suspiro, 1: sukker, længes efter

precor, 1: beder
infidus: troløs
focus, m2: ildsted, ild, flamme

injustus: uretfærdig
servio, 4: tjener
vinco, 3: besejrer
levo, 1: løfter, fjerner
validus: kraftig, stærk
teneo, 2: holder
catena, f1: lænke
queo, 4: kan
solvo, 3: løser

tectus: skjult (7.1.1)

pudet me: jeg skammer mig
palam: åbenlyst, offentligt

sentio, 4: mærker, bemærker

adnuo, 3: nikker til; siger ja
refert, 3: det er magtpåliggende, det
betyder noget
-ne: 15.4.1 og 20.9
clam: hemmeligt

TIBVLLI ELEGIAE DE AMORE SVLPICIAE
LIB. III, 8 - 12

XII

Natalis Iuno, sanctos cape turis acervos,
 quos tibi dat tenera docta puella manu;
tota tibi est hodie, tibi se laetissima compsit,
 staret ut ante tuos conspicienda focos.
5 Illa quidem ornandi causas tibi, diua, relegat;
 est tamen, occulte cui placuisse uelit.
At tu, sancta, faue, neu quis diuerrat amantes,
 sed iuueni, quaeso, mutua uincla para.
Sic bene compones: ullae non ille puellae
10 seruire aut cuiquam dignior illa uiro.
Nec possit cupidos uigilans deprendere custos
 fallendique uias mille ministret Amor.
Adnue purpureaque ueni perlucida palla:
 ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero;
15 praecipit et natae mater studiosa, quod optat:
 illa aliud tacita iam sua mente rogat;
uritur, ut celeres urunt altaria flammae,
 nec, liceat quamuis, sana fuisse uelit.
Sis iuueni grata ac, ueniet cum proximus annus,
20 hic idem uotis iam uetus exstet amor.

Gloser

tus, n3: røgelse
acervus, m2: dyngje
doctus: kyndig

compisit, 3: se VIII.8

conspicio, 3: beskuer, beundrer
focos: se X.23

relego, 1: bortsender; tilskriver

faveo: se X.21
diuello, 3: river bort

quaeso, 3: beder
paro, 1: sørger for; skaffer

quisquam: nogen

cupidus: lidenskabelig
vigilans: vågen, opmærksom
deprehendo, 3: griber, fanger
fallo, 3: bedrager
ministro, 1: opvarter; sørger for
perlucidus: gennemsigtig; meget klar
palla: se VIII.11

libum, n2: offerkage
merum, n2: ublandet, stærk vin
praecipio, 3: anviser
nata, f1: datter
studiosus: hengiven

altaria, n2.pl.: opsats på alteret hvor
offerdyret brændes

sanus: sund, rask

gratus: kær

idem: den/det samme
exsto, 1: træder frem; viser sig